



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 13. Sedebat sic. Proprius hic est situs amantium: etenim amor inclinat maiestatem, vt patet in Bezace & Herculi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

cille crudelissimos inimicos: qui illi crucifixe-  
runt, non eorum hoc assidue viribus, quibus  
de illo triumpharunt, quibus illum apprehen-  
derunt ligauerunt, crucifixerunt virgines cecide-  
runt, occiderunt: hæc enim omnia operatus  
est amor: *Propter nimiam charitatem suam quæ  
dilexit nos &c. prope miraculum est ex mente D.*

D. BERN.

Ber. cident inhatentis meditationi: cum sit amor  
res quæ minus potest cogi, & maxime repug-  
nans violentiæ, talem nihilominus Dei peccati  
violentiam faciat, vt de illo triumphet referat-  
que victoriam illustrissimam: *Quid tam violentum?  
Quid tamen non tam violentum? Amor est.  
Que est ista vis quæ tam violenta ad victoriam,  
tam victa ad violentiam? O stupidas oppositio-  
nes, quæ fulsissimos requirunt discursus: quibus  
modo non licet immorari. Porro perpende qua-  
liter amor de Deo triumphet, cum illum labore  
exhaustum, & languidum ad putei detineat  
marginem, ita præ itineris molestia fatigatum,  
vt ex aquarum refrigerio sibi quarat remediū:  
Ad puteum vires resumit: ait Tertullia, O qualis  
consideratio, vtinam illam mente reuolueres at-  
tentiori, vt in te viuacissimas accenderes amoris  
flamas, quæ fornacis Babylonicæ flamas igne  
diuino superarent?*

XI.

D. Pau. a  
mor ex  
Christi  
nascitur  
amore.  
Galat. c.  
2. 201

Talem considera D. Pauli qui coelestem illum  
animæ suæ sponsum pendens, amoris igne  
in cruce sic vt nihil simile succentum, amoris-  
que vi seu manibus occisum, velut extra se rap-  
tumpit: *Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.*  
O dictum omnino sententiosum, crucifixi i  
pedibus insensendum. Quærebatur tibi distichum,  
quod crucifixi pedibus inscriberes, quo tua ex-  
citatur diligentia? Ecce tibi quo nullum aptius:  
*Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.* Hoc illi  
erat carbo adeo ignitus, vt illas tam ardentes in  
eius peccatore flammam excitaret, quibus omnes  
ad singulare certamen euocaret creaturas: ete-  
nim nullam eartum, imo nec omnes combinatas  
cælebat igni illi extinguendo potentiores: *Quis  
nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an an-  
gustia, an fames, an nuditas, an periculum, an gla-  
dius? Certus sum enim: quia neque mors, neque vi-  
ta, neque Angeli &c. neque instantia &c. poterit  
nos separare &c.* Non audiam impete fortitudi-  
nem, omnes labores, poenas, arumnas, calamita-  
tates, facturas, infernum, imo & ipsos Angelos,  
ad certamen prouocat &c. *Certus sum.* (O  
quis animus!) quod nihil me poterit separare  
ab amore, quo flagro vt qui maxime, illi ser-  
uati. *Quis has tibi sanctissime Apostolo vires*

Rom. c. 8.  
35.

instillauit? Vnde tam ardentes, tam violentæ  
amoris flammæ? Ex illo quem in Christo con-  
sideraui. In his omnibus superamus propter eum, *Rom. 8.  
qui dilexit nos.* Non ait propter eum, quem a-  
mamus, sed: *Propter eum, qui dilexit nos.* Siquidem  
ex illo igne feruentissimo, ille noster astuat, nec  
ita quidquam amorem incendit, quam amoris  
cut ignis ab igne succenditur, vnde & celebre  
philosophorum fuit axioma: *Si vis amari, ama.*  
Contemplantur Christum amore tui sententi-  
um, confectum, fatigatum: *Fatigatus sedebat sic  
supra fontem.*

§. 13. Sedebat sic. Proprius hic est scitu  
amantium: etenim amor inclinat mai-  
statem, vt patet in Beate & Hiero-  
la.

EX prædictis stupendæ elicio verborum Eccl. 17. ad  
gelista D. Ioa. explicationem, quibus nobis  
Saluatoris describit fatigatum, & ad putei marginem  
marginem præ labore nimio reclinatum: *Sedebat sic  
supra fontem.* Licet enim SS. Patres hæc mi-  
randis explicent conceptibus, quidam dicunt:  
*Sedebat sic supra fontem, fatigatus: alij Sic cogita-  
bundus: alij Sic inclinat: alij Sic humilis: dicit  
ego cuncta comprehendens, quod nobis Euan-  
gelista Christum delineet, quasi sponsum ama-  
sum, verum Oscæ, puellæ captum amore vehe-  
mentiori. Quam anhelè sponsum nobilissimum  
expectat dilectam suam intuiturus, quam credit  
ad fenestram proditurus, cui fas erit colloqui: se-  
ipsum ad angulum statuit plateæ, capiti manu-  
brij inmixtus, rotas Argos, ad fenestram continuo  
spectans, vnde sol ille credetur oriundus, mille  
torquetur dolotibus: omnia momenta, quibus  
egredi moratur, annos reputans infinitos.*

En tibi coelestem amatum: puellam ambit in  
vrbe Sichar demorantem, illum pendente ad ora  
putei residentem, & puteo, & brachio inmixtum,  
multicolum, portas ciuitatis spectantem vnde  
proditura erat illa, quæ cor eius exurebat amo-  
ris incendio: *Sedebat sic,* cõtuens num egredere-  
tur, num adveniret. Heu quamdiu moraris dile-  
cta votorum meorum: vtinam mihi sol orientetur,  
videremque te venientem! Illum pendente  
illas & præfata nobis verba suggestit: *Apostolus  
est, quia non est qui occurrat.* Viden' illum ita la-  
bore confectum, anxium, respirantem, qui hoc  
illucque lumina reflectat? Quid hic rei sobesse  
subitaris? Puellam expectat, cuius amore  
deperit: & qua venite non desinat, idcirco  
mœtus,

moerens, adspirans, & sedet angustatus; hac de causa, inquit D. August. *Sedebat.*

In S. Scriptura sedere significat se humiliare, & se blandū offendere. Ita Davidis illud intelligitur: *Tu cognovisti sessentē meā & resurrectionē meam*: q. d. meam humilitationem & exaltationē.

Dicere ergo quod filius Dei *Sedebat*, significat, quod humilis, blandus, comis, esset, nulla maiestatem superbus, quæ venientes obstupesceret, nulla auctoritate sublimis, quæ accessum prohiberet. Nihil ita cor humiliat, inquit D. Bern. de-

primis & emollit, ac amor, nec est vlla potentia quæ fortius deprimat & humiliet auctoritatem ac maiestatem: etenim *Amor dignationis pestis*, auctoritatis maiestatem & celsitudinē ignorat.

Omnes obstupescunt dum potentissimos mundi Monarchas suis vident colludentes filiolis. Quis non miratus est Imperatorem illum inter filios equo discurrentē stramine: alia que huic si miles in aula coram omnibus exhibentem actiones? Quis hoc facit? *Amor dignationis nefcius* Amor, quo vir mulierem amplectitur quā illum reddat ut amum, & affabilem, quantalibet sit dignitate sublimis: quā illi omnino tollit gravitatem & eius deprimat auctoritatem?

Divina notat eloquentia D. Ambr. illud quod refert S. Estras vir in lege Domini doctissimus ac piossimus, olim dixisse virum sapientissimum Zorobabe in illa disputatione coram rege Dario solenni iter instituta, hoc ut probaret efficaciter, quanta mulierum esset potestas in medium producit quod ipse oculis spectaverat: *Vidēbam Apocem s. h. a. Bez. r. s. mirifici concubina regis sedentē iuxta regem ad dexterā, & auferentē diadema de capite eius, & imponentem sibi, & palmā cadebat regem de sinistra manu, & super hoc aperto ore iniebat ut eam: & si orisierit ei, videt, nam si indignata es fuerit, blanditur, donec reconcilietur in gratiam.* Hoc est domo sua cui-

que notius quod de celeberrimo circumferunt Hercule Gentiles, & refert D. Clemens Alex. & Rufinus Lactantius Firmian. Hercules immoderatis affectibus reginam Lydia Onphalem prosequens, mulierem publicum scortum, eo dilapsus est, ut proiecta de manibus clava, & pelle leonis qua vestiebatur, muliebrem habitū induerit, ad eius sederit pedes, eorum manibus arripens, ipsamque in nendi adiuvavit opifitio; Et his nō minorā in aliquibus Romanorū maximi illustribus legimus Imperatoribus, & nostris ista temporibus familiaria circūferuntur: hoc amori deferimus propriam, ut preceles humiliet maiestates, & ad statum deiciat, quo mundus des-

cit abiectiorem. Conatur sibi Deus devincere luctarique mulierem, quid faciet? Numquid maiestate venerabilis, & auctoritate tremendus apparebit. Absit omnino: si namque talis sese nobis offerret quis hominum coram illa staret intrepidus? Inter nos cum terreni reges vermiculi sint; dum regia splendent maiestate conspicui, nullus audeat agricola eorum adue presentiam, quinimo & mundi sapientiores confusi obmutescunt, & nimia turbati celsitudine, quid proloquantur, ignorant.

Esther reginam considera regis Assueri spōsam charissimam, qui dum illam die quocumque excepturus auctoritate & maiestate sederet terribilis, quā primū eius apparuit, conpectui exanimis in pallorem vultu mutato coram, nec vltra se potuit viribus deficiens continere. Quid non Verbum æternum efficeret si sua maiestate & auctoritate diuinā præfulgeret, quæ pedibus suis ipsos supremos subleuaret Scraphianos: qui velut pudore confusi, quod coram tanta se stare viderent maiestate (notat Iaias) suospudibundi vultus a suis operterunt. Alibi vidit illum D. Ioannes in sede maiestatis suæ magnificum, quæ tantam illi conferret reuerentiam, ut ipsi cæli comparere non præsumerent, nec coram tāa morari maiestate: *Vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, & cuius conspectus fugit terra, & cælum, & locus non est inuentus ei.* Alias ut legem præciberet, cum se tanquam supremum omnium regem ostentaret, tanto populus ille electus tremore percussus est, ut in apertam omnes agerentur fugam, clamantes: *Non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.* Imo & ipse Moyses, referente 19.

D. Paulo, Deo licet adeo familiaris ut eum eodem velut amicum cum amico loqueretur, protestatus Dei maiestatem, *Extremus sum & tremebundus.* Accedebat primum ut Rex tremendæ maiestatis (in monte quæ Caiet) quem præcurtebat ignis consumens, Sina terribilis, qui scintillis suis fortissimos quosque perieterebat tribas pariter præmittebat: onitu clangentes horrido, fulgura, nimbos, tonitrua, radios stannuomos, quæ motum inuenterent ijs, quos natura fecerat imperterritos. Quod si inter nos vel vnus fulguris radius tantum exciter horrorem, quid facerent ibi tanti & tam horrendi tot terribis permixti tonitribus? Demum maiestosa coepit voce loqui Dominus, ut ex illa aliquantulum sepemā maiestatis innotesceret, quæ illos ita percellit, ut non esset vel vnus, qui pedibus confisteret, vires omnibus deficiebant, collabebatur inter manus semina-

VI. Maiestas reprimit accedentes.

VII. Terretur Esther Assueri maiestatis.

Apoc. cap. 19. 11.

VIII. Iestas in monte.

Heb. 12.

Heb. 12.

Heb. 12.



39 niones, vt nec verba Dei loquentis audirent, i-  
 38 mo nec ipse Moyses, quod miseris, stetit intre-  
 37 pidus sibi constans, vt diximus, & D. Thom.  
 congruè, declarat præfata Apostoli verba :  
 36 Quia non poterat verba Dei portare, illaque ad-  
 35 ducit, quæ totus populus Moysi proposuit :  
 Deut. 34 *Quid est omnis caro, vt audiat vocem Dei viu-  
 33 entis, qui de medio ignis loquitur, sicut nos audivi-  
 32 mus, & possit viuere ?*

Olim in terra Palæsthorum, dum vel vim-  
 bram suæ demonstrat, quæ præerat, auctorita-  
 tis, cum arca illa sanctissima velut clausus deu-  
 neretur, tantus omnes inuasit metus, vt dice-  
 1. Reg. 6. 20. *Quis poterit stare in conspectu Domini Dei  
 sancti huius? Modo sponsus, factus est mulieris  
 amantissimus, hic eum amor ita deiecit, & hu-  
 Christi militi, vt in terram prostratus sedeat, & ad pu-  
 humilitas rei erepidinem inclinetur, non Seraphinis cir-  
 ad putei. cum stipatus, non illis celestibus exercitiis,  
 quos vidit Isaias, circumcinctus, tanta maje-  
 state conspicuus, vt præ nimia eius puritate se  
 coram eo non posse stare iudicaret: Et dixi. *Vt  
 Isaiæ. 6. 5* *mibi, quia vir pollutus labijs ego sum. Non igneos  
 eubrans radios, non flammea spicula, vt olim  
 in monte Sinai terribilis apparuit, quæ vires  
 eneruunt fortissimas, ne quis tali queat firmus  
 ad stare spectaculo, sed exanimis lapsus respirans  
 solis exultus ardoribus, sudore perfusus, humi  
 residens: Sedebat se, vt propius ad eum accede-  
 re mulier abiecta non vereatur, cum ipso silu-  
 cialiter locutura. Hoc eximium est quod dilec-  
 tissima requirebat à sponso sponsa beneficium:**

*Quis mihi det te fratrem meum surgentem vbera  
 Cant. 8. 1. matris meæ. & inueniam te foris, & desculet te.*  
 O dilecte votorum meorum, qui sede maiesta-  
 tis tue triumphas gloriosus, tam à me procul  
 distans, cuius non possim adire presentia: ete-  
 nim cosam illa cæli columnæ contremiscunt:  
 quis mihi te det in terra mei similem, fratrem  
 meum, puerum vagientem, ab vberibus dulcis-  
 simæ matris suspensum, brachijs te stringam ar-  
 distissimis, oscula infigā suauissima, ore ad os lo-  
 quar fiducialiter. O quale hoc beneficium? En  
 tibi rationem, eut nasci voluerit infantulus cur  
 se nobis offerre vili reclinatum præsepio, loco  
 receptum tam humili, stabulo inter animalium  
 sordes hospitari, ab vberibus paupertimæ ma-  
 suspensum: vt omni postposito timore securus  
 appropinques: nemo quippe puerum fœno ja-  
 centem, lactentemque abhorruit. En tibi cur  
 modo tam humilis, ad putei erepidinem deie-  
 ctus, solus, defatigatus, solis aestu denigratus,  
 velut prostratus, vt ad eum totæ fiducia securus

Cut  
 Christus  
 na ci vo-  
 lucrit  
 humilis.

accedas, cum ipso aliquantulum temporis fami-  
 liaris colloquaris: illicque dicas :  
*Quærens me, sedisti lassus,  
 Redemisti cruce[m] passus,  
 Tantis labor non sit cassus.*

§. 14. Venit mulier. Auentem Christus u-  
 stendit situm huius mulieris amantissimus  
 amansus ad non leue nostrum solatium.

Cum iā nobis ostendit Euangelista sanc-  
 tissime, quanto celestis ille Princeps a-  
 more flagraret, illicque Principem amor Quis  
 impulerit ita accelerate gradum, vt corpore præ  
 nimio labore conficeretur, & iam tota oculo-  
 rum fixa acie ad portas respiceret ciuitatis vnde  
 sponsa sibi charissima esset proditura, modo no-  
 bis (amabo) quantum sit illa. significet. Num-  
 quid princeps illustri stemmate commendabilis  
 Numquid domina nobilitatis non despiciendæ  
 vel maximi Monarchæ filia? Numquid puella  
 ipsa probitate melioribus namque sponsus il-  
 le affici solet ardentius? Haudquaquam, sed  
 mulier est Samaritana, hæretica, vilis, infans,  
 carnalis, sentina leuitatum. Non adeo iuuenis,  
 cum quinque viros terræ mandasset, & cui cum  
 annis ardens libido non deferberat; erat ete-  
 nim si vel vniquam decessit lasciuia, cum domi  
 scortatori lupa conueneret. Statutum erat apud  
 Samaritanos, vt nemo plures, quam quinque  
 matrimonium iniret: censebant enim illi licet  
 infideles, quod sapius nuptias contrahere, im-  
 moderata: spiritus esset sensualitatis. De hac no-  
 tatur Samaritana, quæ quantis poterat, nube-  
 bat, & cum iam habere non posset vxor mari-  
 tum; scortatorem tenebat impudica. De legi-  
 bus Samaritanorum & hac impudica muliere,  
 audiamus quod referat D. Athanasius: *Hæc  
 mulier viros iuxta Samaritanorum leges habuit  
 mortui qui iam erant, postea scortabatur. Nam  
 siquidem cum ea, vt cum vxore legitima voluit  
 cohabitare, illa vero concupiscentiam suam cum  
 refranare non potuit, clam apud se habuit, cum  
 quo consuetudinem habebat, & non erat hic mani-  
 festus aut legitimus maritus, sed eum virum se-  
 cum habebat occultè. D. Chrysostomus opi-  
 natur, quod omnes illi quinque, de quibus Chri-  
 stus, scortatores fuerint & non mariti, illamque  
 reprehenderit, quod adeo in omnem fuisset  
 profusa libidinem, vt simul quinque prociis  
 corporis sui tradidisset potestatem. Fuerit hoc  
 aut illo modo, satis manifestum est quam esset  
 lasciuia metetur, & ad tam miserum deuoluta  
 vitæ statum, vt nec ancillulam, nec seruulū ha-  
 beret.*

III. Quid  
 causa  
 motus.  
 D. T.  
 ar. 1.  
 l. 8. g.  
 Sum.  
 IV. Chri-  
 stus  
 post H.  
 remiss.  
 iacuit  
 Hære.  
 4. 11.